

**Zeitschrift:** Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum  
**Herausgeber:** Litteris Conradi Orellii et Soc.  
**Band:** - (1751)  
**Heft:** 24

**Artikel:** Dissertatio hermeneutica de usu certo & definito vocabuli M [...]  
**Autor:** [s.n.]  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-394708>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

**Download PDF:** 25.01.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

DISSERTATIO HERMENEUTICA

de

Ufu certo & definito vocabuli

ΜΑΘΗΤΗΣ:

ad illustranda loca LUC. X: 21. 23. & XI: 1.  
conscripta ab J. J. P. P. P.

§. I.

**G**Rammaticæ Interpretationis, quæ ad cu-  
jusque temporis loquendi usum adstrin-  
gitur, necessitatem & ἀσφάλειαν V. C. JO.  
AUG. ERNESTI in *Prolusione pro Gram-  
matica Interpretatione Librorum in primis Sacrorum*,  
ante tres fere annos edita, ita adstruxit, ut non  
dubitaverit affirmare, hanc unam certam ad  
interpretandi facultatem viam esse: Idque cum  
maxime ex omnis Interpretationis fine luculenter  
patere persuasum habet; de quo pag. VII. hunc  
in modum disputat: *Non credamus novitiis inscitæ  
patronis, qui aliam ad interpretandi facultatem inire  
viam jubent, quæ per cognitionem rerum ad sensum di-  
ctorum perducatur. Nam in hac ratione interpretandi ne-  
que necessitas illa esse potest, quam diximus, neque  
adeo ἀσφάλεια, quæ in interpretando maxime debet  
spectari. Cujus rei in promptu est ratio. Nam primum  
quis hoc non videt, aliquid posse esse per se verum,  
quod tamen non insit in verbis. In interpretando porro  
proprie non quæritur, quid verum sit: aliunde id con-  
stat, aliunde venire intelligentia veritatis debet: alio-  
qui etiam Porphyrii & Celsi, aliique alieni a Christiana*

*religione homines, lectis & intellectis Libris divinis, veritatem Christianam percepissent. In interpretatione nihil aliud quæritur, quam quid dictum sit; non quale sit, aut quam vere dictum. In libris humanis multa dicta esse, quæ falsa sint, quis nescit? & tamen etiam falsa ista recte interpretari possumus. In Libris autem divinis, cum persuasum sit nobis, verissima esse omnia, quæ tradantur, reliquum jam est solum hoc, ut, quid dictum sit, videamus. Et compertum atque etiam manifestum est, plerasque *παρεργμνείας* atque adeo discrepantes Librorum sacrorum, quamvis in locis perspicuis, interpretationes non aliunde ortum suum trahere, quam quod vulgo persuasum habent, Grammaticam illam interpretandi facultatem, quantum quidem ad Libros sacros adtinet, nimis jejunam ac sterilem esse, aliis hic opus esse, quarum in omni reliqua interpretatione vix aliquis sit usus, Clavibus atque præsiidiis hermeneuticis, quibus abditi & arcani divinorum librorum sensus recludantur, quos adeo sæcundos esse perhibent & vastæ comprehensionis, ut plures interpretationes, quoad illæ saltem probabiles fuerint, admittant, neque propterea ad certas *ἐργμνείας* regulas adstringi possint. Quandoquidem vero iste, ut omnes alii errores, variis illud partibus, quemadmodum nuper in *IV. de pia & circumspècta in tradendis sanctioribus Disciplinis sectanda Simplicitate Dissertatione* a Celeberrimo Viro J. J. ZIMMERMANNO pluribus est declaratum; unicum ego ex infinitis prope *Ψευδεργμνείας* fontibus hoc loco attingam, atque expendam, eum nimirum, quo plurimi, insuper habita probabilitate Grammatica, hanc sibi legem statuunt, ut ex variis eam semper interpretationem præferant, non quæ verior, sed*

sed quæ tutior, h. e. quæ vel receptis opinionibus magis consentanea, vel minoribus difficultatibus obnoxia esse videtur; & quæ non tam quid dictum sit, quam quid dictum esse velit, expendit. Hoc ex fonte multas Cel. HEUMANNI in N. T. Libris interpretationes & explicationes perfectas esse si affirmavero, nihil dixero præter rem: idque insigni aliquo documento declarabo non frustra a me dici.

§. II.

Constat Christum Dominum, quoad in his terris publici Doctoris munere fungeretur, inter Judæos varii generis ac ordinis Discipulos habuisse & Sectatores. Memorantur in sacra Evangelistarum historia XII illi intimæ admissiōis Discipuli & perpetui Magistri comites, quibus καὶ ἰδίαν multa de arcana doctrina credidit, quique etiam tanquam veri Legati a latere καὶ ἐξοχὴν Apostoli dicti sunt. Præter hoc XIIvirorum Collegium habuit LXX alios, tanquam secundi ordinis Discipulos, quos ubi primum ad obeundum publici Doctoris munus fuerat initiatus in Societatem muneris adsciverat: Τέτρες δὲ, ut loquitur Nicerphorus Callistus I: 21. τὰς δώδεκά τε καὶ ἑβδομήκοντα ὁ Κύριος προσέλαμψε καὶ ἐαυτῷ προσήκειν καὶ ἐκλογὴν, ὑπηρέταις πιστοῖς ἐχρηῖτο καὶ συνεργοῖς τῶν Ἐυαγγελιστῶν. ἐκοινωνεὶ δὲ τέτοις ἡμέρα τῶν ἀπορρήτων καὶ θεουργῶν τελετῶν, προβιβάζων εἰς τελειότητα. καί γε τέτοις ὡς οἰκείοις παισὶ χρώμενος ἔτιω διήει πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν. Quæ omnia confirmat S. LUCAS cap. X. Verum hæc appellatio τῶν Μαθητῶν in S. Historia aliquando ita late patet, ut omnes illos, qui Christi doctrinam assensu suo comprobantur eamque fide sunt amplexi, designet: Ne  
mini

mini non nota & obvia sunt illa Domini verba, quibus præcipuos Discipulorum & Sectatorum suorum characteres repræsentat: Luc. IX. 23. coll. cum XIV. 27. Inprimis huc facit Joh. VIII. 31. Ἐλεγεν ἔν ὃ Ἰησοῦς πρὸς τὰς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους· Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί με ἐσέ. Lucæ VI. 17. distincte a XII. illis mentio injicitur Ὀχλοῦ τῶν μαθητῶν. c. XIX. πάλιν τῆ πλῆθους τῶν μαθητῶν. Joh. IV. 1. Ἰησοῦς πλείονας μαθητῶν ἐποίησεν καὶ ἐβάπτισεν, ἢ Ἰωάννης. κ. τ. λ. Hinc factum est, ut variis Evangelicæ Historiæ locis, in quibus τῶν κυρίου μαθητῶν mentio injicitur, in varias aliquando abierint partes qui Historiam sacram interpretati sunt: Atque quidam eas partes solent amplecti, quæ tutiores esse videntur, & quibus difficultates, quæ probabiliorem Sententiam premere videntur, facillime posse vitari sibi persuadent.

### §. III.

Age rem exemplo illustremus. Luc. XI. 1. legitur: Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν ΜΑΘΗΤΩΝ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν· Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε τὰς μαθητῶν αὐτῷ. Quæri hic possit, ex quo Discipulorum ordine fuerit ille, qui Dominum de tradenda sibi suisque aliqua precum formula compellavit, Joannis exemplum prætexens? Quod si dixeris, fuisse aliquem primi ordinis ex XIIvirali Collegio, oritur statim dubitatio, qui factum fuerit, ut aliquis ex hoc ordine Discipulus novam a Domino precandi formulam, idque non suo tantum nomine, flagitaverit, quandoquidem ipsos

ipfos hos XII. Discipulos Sermoni Domini in monte habito interfuisse, cum fere ante sesquiannum hanc ipsam precandi formulam traderet, & Matthæi & Lucæ diserto testimonio constat. Hanc difficultatem, quæ omnino alicujus momenti esse videtur, non alia ratione feliciter atque facilius eludi posse, quam si negaveris apud Lucam aliquem e XII. Discipulorum numero per τινὰ τῶν μαθητῶν intelligendum esse, nemo est tam obesæ naris, qui non statim subolsfaciat: Hasque partes cupide amplexus est Celeb. Gœtingensium Doctor C. A. HEUMANNUS in *Observation. germ. ad h. l. p. 198. seqq.* atque in hoc suo commento, quod nemini non obvium fuerat, ita tripudiat, quasi hoc admissio reliquæ omnes circa S. Matthæi & S. Lucæ in hac Precum formula discrepantiæ ac difficultates subito evanescerent: adeo sibi in hoc εὐχρηματι placet, ut, præter suum ingenium, in eo exponendo a durioribus in diversa sentientes verbis quominus sibi temperaret, a se impetrare non potuerit. Accipe ipsam ejus Commentationem: **Einer von seinen Jüngern]** Nicht einer von seinen zwölf besondern Jüngern. Denn diese hatten schon in der Berg. Predigt Matth. VI: 9. u. f. ein Haupt. Gebett von Ihm vorgeschrieben bekommen. Jetzt kam ein anderer Jünger, und bat um diesen Unterricht. Denn alle Zuhörer des Herrn, die an Ihn gläubeten, wurden Jünger genennet: wie wir bey des vorigen Capitels 22. Verse gesehen haben. Dieser Jünger wußte nicht, daß der Herr schon in der vorigen Zeit den Gläubigen das Vater Unser vorgeschrieben hatte. Da er sich nun erinnerte, daß der Täufer seinen Jüngern ein gewisses Gebett vorgeschrieben, so glaubete

bete er, der Herr werde es nicht ungnädig aufnehmen, wenn er Ihn um ein Gebetts-Formular nicht nur in seinem, sondern auch in anderer gläubigen Namen bitten würde. Hätte Lightfoot die Zweideutigkeit des Namens Jünger bedacht, so würde er in seinen Anmerkungen zu unserer Stelle, und zu Matth. VI. 13. nicht auf die Meynung gerathen seyn, es habe dieser Jünger an dem Vater Unser nicht genug gehabt, (*absit invidia verbis! hoc enim Lightfootus nusquam dixit*) und entweder noch ein weitläufftigeres und ausführlicheres Gebett verlanget; oder geglaubet, das Vater Unser sey ein in der Gemeine zu bettendes Gebett, und also müsse er auch ein Privat-Gebett von dem Herrn verlangen, das ist, ein solches, das sich eigentlich auf seine Person und auf seinen besondern Zustand schicke. Et in his perperam *Lightfooti* mens explicatur. Nihilominus Celeberrimus HEUMANUS hoc suum commentum sub fin. hujus Observ. totidem fere verbis iterum inculcat, atque confidenter pronunciat, omnes hac ratione circa Clausulam doxologicam a S Luca prætermittam difficultates simul tolli posse: Verba ejus hæc sunt: Herr Breitinger würde auch das übrige seiner Meditation nicht vorgebracht, noch vor dienlich zu Bestätigung seiner Meynung gehalten haben, wenn er nicht mit Lightfooten geglaubet hätte, daß der Herr jetzt seinen zwölf Jüngern das Vater Unser von neuem vorgeschrieben habe. Der Name der Jünger wird ja allen, die damals schon an Jesum gläubig waren, von den Evangelisten beygelegt. Da nun die zwölf Jünger, welche vorher in der Berg-Predigt das Vater Unser von dem Herrn empfangen hatten, nach seiner Gebetts-

betts-Formul fragen konnten, warum will man dann nicht zugeben, daß der Herr jetzt von einem der andern Jünger in seinem und anderer Namen, die nicht Zuhörer der Berg-Predigt gewesen waren, ersuchet worden sey, ihnen ein Gebett vorzuschreiben? Es wird nunmehr nicht weiter zu zweifeln seyn, daß der Zweifel wegen des Anhangs des Vater Unfers vor einen ganz ungegründeten Zweifel gehalten werden müsse.

§. IV.

Tutior quidem videri prima fronte possit hæc opinio, & quæ minoribus impedita sit difficultatibus: de hoc vero deinceps agemus. Nunc prius dispiciamus, quæ verior sit Sententia, quibuscunque demum illa difficultatibus obnoxia sit.

Ἀμφιβολίαν inesse voci μαθητῆς perperam affirmat HEUMANNUS: Est enim μαθητῆς quicumque se Doctoris alicujus Institutioni ac disciplinæ formandum tradit. Ex eo vero quod in Schola aliqua plures constituti sunt Discipulorum ordines & classes, nullo modo consequitur, subesse in ipsa voce μαθητῆς aliquam ἀμφιβολίαν. Quanquam vero hoc vocabulum variis in locis vel generatim de omnibus disciplinæ christianæ alumnis & Sectatoribus, vel de hac aut illa Discipulorum classe seorsim spectata recte usurpari possit; quoniam tamen præcipua orationis virtus est σαφήνεια, dubitari nequit, quin prudens quisque Scriptor ea voce semper ita fuerit usus, ut attento lectori ambiguum esse non possit, quomodo in quocunque loco eam acceptam, & quam late potestatem ejus ac comprehensionem patere voluerit. Quo in genere sacros Historiæ Summi Doctoris Jesu Christi



Christi Scriptores inprimis curiose diligentes & accuratos fuisse, omnibus manifestum est, qui diligenti S. Librorum lectione vel tantillum capiuntur. Plerumque enim ex ipsa narrationis serie & consecutione manifestum est ad quos referenda sit vox *μαθητής*: ita v. c. quin in illis Domini effatis, quæ notas & officia omnibus Christi Discipulam sectantibus communia inculcant, non XII. illi primi Ordinis discipuli, sed omnes in genere ejus Sectatores sint intelligendi, nemini unquam potuit esse dubium. Ita quando Joh. VII. 3. dicitur: *Ἔπαγγε εἰς τὴν Ἰερουσαλήμ, ἵνα καὶ οἱ μαθηταὶ σὺ θεωρήσασιν τὰ ἔργα σὺ αὐτοῖς ποιεῖς.* Ambiguum non est de omnibus promiscue Domini Sectatoribus sermonem esse: erant enim, quum hoc consilium darent Domino cognati ejus, XII. illi discipuli cum Domino præsentibus, ut videre est Joh. VI. 67. 68. Quoties vero ambiguum esse posset, ad quos hæc denominatio *μαθητῶν* spectaret, quam diligentes sunt sacri Scriptores, ut variis adjectionibus veram vocabuli comprehensionem definiant, vel etiam distincta & manifesta oppositione declarent. Prioris generis determinationes, quæ vocabulum ad universos Christi Sectatores extendunt, sunt: *πολλοὶ*, *πλείονες*, *ὄχλος*, *πληθος τῶν μαθητῶν αὐτοῦ*. Luc. XIX. Joh. IV. 1. VI. 66. huc inprimis etiam pertinet Act. I. 15. ubi Scriptor facer, postquam commemorasset, Petrum ad dicendum surrexisse *ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν*, diserte adjicit, *ἦν τε ΟΧΛΟΣ ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἐκατὸν ἑκοσιν.* Quando vero XII. perpetuos suos comites, quos καὶ ἐξοχήν hoc nomine insignitos voluit, distincte designant, solent appel-

appellare τὸς Δώδεκα, q. d. *Duodecimviros*. Matth. XI. 1. XX. 17. Luc. IX. 1. τὸς ἑνδεκά. Matth. XXVIII. 16. &c. Posterioris generis exempla, quibus omnis ambiguitas diserta oppositione tollitur, sunt Joh. VI. 66. 67. Marc. IV. 34. χωρὶς δὲ παραβολῆς ἐκ ἐλάλει αὐτοῖς, καὶ ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτῷ ἐπέλυε πάντα. Conf. Matth. XXIV. 1. 3. cum Marc. XIII. 1. 3. &c.

§. V.

Refert Celeb. HEUMANNUS ad posterioris generis exempla locum Luc. X. 21. Καὶ στραφεὶς πρὸς τὸς μαθηταῖς, εἶπε: mox deinde v. 23. Καὶ στραφεὶς πρὸς τὸς μαθηταῖς καὶ ἰδίαν εἶπε. Qui locus quam maxime huc faceret, nisi esset de Glossemate suspectus: quem, cum vindicandum sibi sumsit Cel. HEUMANNUS, operæ pretium erit paulo diligentius expendere. *Heumanni Vindicis* in *Observ. germ. ad h. l.* ita habent. B. 21. Darauf kehrete Er sich um zu seinen Jüngern / und sprach:] Es ist zu verwundern, daß in allen Teutschen Bibeln Lutheri diese Worte fehlen, da sie doch in den besten Ausgaben des Griechischen N. T., wie auch in der Syrischen Uebersetzung, befindlich. Daß Lutherus sie weggelassen, kam daher, weil er die alte Lateinische Uebersetzung vor sich hatte, in welcher sie nicht stunden: welches aber Laurentius Valla billig der Unachtsamkeit dieses Uebersetzers zuschrieb. Die nachfolgenden Herausgeber der Uebersetzung D. Luthers hätten diesen Mangel ersetzen sollen: wie dieses der Berlinische Uebersetzer, Lenfant, gethan, welcher auch in den vorigen Französischen, nach der alten Lateinischen gemachten Uebersetzungen diese

Tom. VI. Qq Worte

Worte nicht antraff. Daß aber in der alten Lateinischen Uebersetzung, und hernach auch in etlichen Griechischen MSS. diese Worte fehlen, davon hat Grotius die Ursache angezeigt: Ab aliis ideo omissa sunt, schreibet er, quia sequenti commate idem loquendi genus reperitur. Man würde aber vorzeiten diese Worte, welche auch Beza in allen Griechischen alten Hand-Schriften, die ihm zu Gesichte gekommen, angetroffen, aus unserm Texte hinaus zu stossen sich nicht erkühnet haben, wenn man erkannt hätte, daß an dem ersten Orte von allen damaligen Zuhörern, die an Jesum gläubeten, die Rede sey; an dem andern Orte aber von den Jüdischen. Es werden ja auch die ersten Christi Jünger genennet, z. E. wenn der Herr spricht: Wer mein Jünger seyn will, &c. &c. Ich kan es daher nicht loben, daß der Herr Probst Bengel / als er ein so schönes N. T. herausgab, diese Worte aussenließ, ja gar verwarff. Besser machete es der Herausgeber der zu Marburg 1712. gedruckten Mystischen und Prophetischen Bibel: Denn derselbe hat die von Luthero u. a. aussengelassene Worte wider eingerüket. Und man sehe nur unsern Text genau an: so wird man erkennen müssen, daß diese Worte unentbehrlich sind. Denn da v. 21. der Herr seinen Vater anredet, v. 22. aber denselben nicht mehr anredet, so mußte ja der H. Geschicht-Schreiber anzeigen, an wen der Herr die auf die Anrede an seinen Vater folgende Rede gerichtet habe. Matthäus könnte Cap. XI. 27. diese Anzeige weglassen, weil aus den folgenden Worten: Kommet her zu mir / und: Nehmet mein Joch auf euch / jedermann erkennen mußte, daß der Herr nun nicht mehr seinen

nen Vater, sondern seine Jünger anrede. Da aber Lucas zweyerley Anreden vorbrachte, die eine an alle gläubige Zuhörer, die andere aber insonderheit an seine zwölfte, so mussten ja diese beyde Anreden von einander deutlich unterschieden werden. Hätte auch D. Ruß dieses wahrgenommen, so würde er nicht mit Glassio diese Worte ausgestossen haben. Atqui dum Heumannus *Lutherum*, *Bengelium*, *Glassium* &c. temeritatis accusat, quod priore loco verba, καὶ εὐχαριστῶς πρὸς τὰς μαθητάς, εἶπε, tanquam glossema seu potius additamentum rejecerint, in idem temeritatis crimen vocat etiam nostram Versionem Tigurinam. Sed profecto ita vindicias suas instruxit, ut manifestum sit, ipsum male causæ hujus patrocinium suscepisse. Perhibet *Lutherum* a Latino Interprete, quem in hoc loco præ oculis habuerit, in hunc errorem fuisse inductum: cui asserto qua ratione fidem facere velit, equidem non intelligo. Præterea numerum MSS. Codicum, quos hæc verba, a *Luthero* aliisque temere expuncta, referre, ex sua inspectione *Beza* profiteatur, supra fidem auget, cum, si rem omnem recte inspicias, vix ad duos redeant. Ad hæc omnem erroris culpam in eo positam esse confidentius affirmat, quasi ante ipsum vix unus aut alter perspectum habuerit, v. 21. in univsum omnes μαθητάς, qui quidem Doctrinam Jesu tum temporis fuerint amplexi, spectare; v. 23. vero XII. illos intimæ admissio- nis Discipulos: Cum nihil magis obvium esse potuerit omnibus, qui priora illa verba tanquam genuina & a S. Luca profecta in textum recipienda esse judicarunt. In his omnibus autem temere a multis, tanquam additamentum, Librarii erro-

re inductum, e contextu fuisse eliminata atque proscripta priora v. 21. verba, sumit *Heumannus*, non expendit, non adstruit. Cæterum æque probabile est, a Librario bene antiquo, qui per errorem præpropere incidit in versum sequentem, hæc, quæ v. 21. adjiciuntur, fuisse addita, errore protinus animadverso: quam quod *Grotius* malit, fuisse omissa, quia sequenti commate idem loquendi genus repetatur. Neque vero etiam intelligo quam in hujus generis disceptatione critica auctoritatem in alterutram partem habeant Gallica Berolinensium, aut Germanica Marburgi A. 1712. edita N. T. interpretatio. Prorsus autem novum demonstrandi genus instituit *Heumannus*, quando verba v. 21. pro additamento habita, ad integritatem & perspicuitatem narrationis ita necessaria esse adstruere conatur, ut sine illis apud Lucam nemo cognoscere possit, quos distincte alloquatur Dominus, aut cum quibus ipsi res sit: quo certe nihil dici potuisset magis absonum, aut ab omni probabilitatis specie alienum. Etenim quum apud Matth. XI. 25. 26. 27. Domini ἐξομολόγησις, & illa de summa a Patre sibi tradita potestate testificatio, quam non amplius ad Patrem cœlestem esse directam, per se manifestum est, immediate sint conjuncta, sine interposita sacri Scriptoris admonitione, quod nunc conversa ad auditores sive discipulos oratione Sermonem continuaverit Dominus; nemini persuadebit Cl. *Heumannus* hanc admonitionem in Luca summæ necessitatis fuisse, ut constaret ad quos proxime post solennem illam ἐξομολόγησιν orationem direxerit; hoc enim in Luca non magis obscurum esse poterat, atque in Matthæo, sine hoc indicio, fuerat.

rat. Ut taceam, quod ex ipso Luca satis manifestum sit, verba v. 22. πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρὸς μου κ. λ. proxime dicta fuisse, non ad promiscuam auditorum turbam, sed ad τοὺς ἐβδουμήκοντα μαθητὰς, ad quos etiam pertinebant, quæ habentur v. 19. Ἰδὲ, δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ κ. λ. Adeoque μαθητὰς, quos deinceps v. 23. καὶ ἰδίαν beatos prædicasse legitur Dominus, non fuisse ab his LXX. diversos, admodum probabile est. Quo posito manifestum esset, verba illa inter v. 21. & 22. interposita: καὶ γραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε, merum esse additamentum. Egregie mihi semper placuerunt Viri Clariss. JAC. HASÆI verba in *Disf. de Glossematibus N. T. Bibl. Brem. Cl. I. Fasc. V. p. 693.* Ego, qui ea propter rationem a Deo mihi concessam credo, ut æque caveam, ne id quod Dei verbum non esse scio, Dei verbum esse credam: ac, quod Dei verbum est, Dei verbum non esse velim; si quando hæc & ejusmodi a viris doctis monentur, non ita supine & fastidiose excipere soleo, ac quidem a multis fieri video hoc Seculo, qui, quo divinæ Critices minus periti sunt, eo se majores esse Theologos, mira fiducia, credi volunt: Cum tamen, ut in aliis Scientiis, ita & in Theologia, sine Critices, quæ philosophica sobrietate temperata est, peritia, ne hilum quidem quempiam sapere posse, eosque homines magis eloquentes esse, Leguleiis ex parte similes, quam doctos, mihi sit longe persuasissimum. Non magis prudenter autem, quam feliciter Cl. Heumannum in libello, quem promiscuæ lectionis esse voluit, *Lutherum, Tigurinos.* &c. supinæ in conservanda Lectionis S. integritate incuriæ accusare, ego quidem persuasum habeo.

§. VI.

Sed redeo unde digressus sum, atque ostendam Cel. *Heumannum* summisse, sed non probatum dedisse, illum Discipulum, qui Lucæ XI: 1. ad Dominum accessisse memoratur, petiturus aliquam precandi formulam, non fuisse aliquem e duodecimvirali Discipulorum collegio, sed e numero promiscuæ turbæ Sectatorum ejus: in quo tamen invento mire se jactat, & optimos viros tantum non exagitat, & stupidæ ἀβλεψίας incusat. Ambas in medium profert rationes, quibus huic suæ opinionationi assensum conciliare studet, sed ambas perinde frivolas & ad hoc probandum, quod vellet, minus idoneas. Prima est: In dubium vocari non posse, omnes sine discrimine, qui Christi doctrinam fuerint amplexi, titulo Μαθητῶν αὐτοῦ aliquando fuisse insignitos: Quod quanquam negari non possit, quum tamen idem vocabulum interdum ad LXX. illos, frequenter vero ad XII. Discipulos restringatur, quam necessitatem ostendet Cl. *Heumannus* in hoc loco controverso illud hoc potius quam alio modo esse accipiendum, aut quibus rationibus eos qui pari fiducia contendunt, nihil ob stare, quominus istum discipulum, qui Luc. XI: 1. memoratur, e numero τῶν XII. fuisse dicamus, erroris poterit arguere aut convincere? quandoquidem nullatenus in dubium vocari potest & hos quoque frequenter τῶν Μαθητῶν appellatione, idque præcipuo aliquo jure, fuisse nuncupatos. Neque vero majoris ponderis est altera illa ratio, quam in causæ suæ præsidium adducit Cl. *Heumannus*, & quæ hujusmodi est: Duodecim illos Discipulos concioni montanæ, quum traderet Dominus prima vice eam  
pre-

precandi formulam, quæ a primis vocibus PATER NOSTER appellari consuevit, interfuisse; adeoque nulla ratione fieri potuisse, ut iidem postmodum iterum aliquam a Domino precandi formulam, quasi nullam hæctenus accepissent; exposcerent. Fac enim nullam obviam esse iteratæ a XII. Discipulis petitionis rationem idoneam, num propterea ipsam hanc iteratam petitionem negare liceret? Quis unquam hanc sibi interpretandi legem constituit, ut interpretationem aliquam, utut per se satis probabilem, ob hanc solam rationem rejiceret, quod cum aliqua difficultate esset conjuncta? Ita enim nulla interpretatio locum haberet, nisi in perspicuis nullisque difficultatibus impeditis rebus. Atque vix dubium superest, ipsum Cl. *Heumannum* aliter fuisse sensurum, si hæc difficultas abesset, aut qua ratione illa dilui possit, habuisset perspectum. Sed gratis præterea sumunt, nullum superfuisse repetitæ petitioni locum, neque illi suam constare posse rationem, si admittatur illum Discipulum, qui Luc. XI: 1. appellasse Dominum de tradenda nova aliqua precum formula memoratur, jam ante sesquialunum interfuisse Sermoni Domini in monte habito, aut de tradita tum temporis jam aliqua precum formula ab aliis quicquam accepisse. Exponam quo spectaverit hæc Discipuli petitio, quem e duodecim numero fuisse statuo, brevi aliqua paraphrasi: „DOMINE! cognovimus Te, eximium Doctorem & Magistrum, ubi primum aliquod a publico docendi munere otium fueris nactus secessum quærere atque precibus vacare, immo totas sæpe noctes huic rei intentum pervigilare. Et dignatus es subinde unum alterum-



„ ve e nostro ordine hujus Tuæ religiosæ devo-  
 „ tionis testem adhibere, quæ felicitas nunc mi-  
 „ hi quoque contigit; ejus vero non potuit aliud  
 „ fuisse consilium, quam ut nos Tuo exemplo  
 „ ad assiduum precum studium incenderes. Pro-  
 „ be etiam meminimus non ita pridem Tibi a  
 „ Scribis & Pharisæis exprobratum fuisse, quum  
 „ Joannis B. Discipuli severam vivendi legem se-  
 „ cuti assiduis precibus exerceantur, nos Tuos  
 „ Sectatores liberiori vitæ generi assuetos in pre-  
 „ cum studio remisse agere, idemque tantum  
 „ non penitus negligere. (Luc. V. 33.) At vero  
 „ intelligimus, Domine! tuo exemplo edocti,  
 „ quæ Precum necessitas, quæ vis sit, maxime  
 „ quum respicimus ad nostram indigentiam, at-  
 „ que ad muneris, ad quod tanquam individui  
 „ Tui comites & Legati e numero delecti (Luc.  
 „ VI: 13.) destinati sumus, difficultatem & gra-  
 „ vitatem. Quapropter quum Tu tanto animi  
 „ ardore in hanc rem incumbas, quanto magis  
 „ nos oportet huic tam sancto, tam salutari  
 „ exercitio vacare? Quare Te rogamus, Domi-  
 „ ne! ut eandem nobis gratiam impertias, quam  
 „ olim Joannes B. Discipulis suis impertitus est!  
 „ Doce nos optimam & Scholæ Tuæ convenien-  
 „ tissimam rationem, qua possimus Patrem cœ-  
 „ lestem non tantum orare, sed etiam exorare,  
 „ ut nobis ea Spiritus S. dona affatim largiatur  
 „ (Luc. XI: 13.) sine quibus omnis opera no-  
 „ stra ad promovendum Regnum cœlorum, quod  
 „ imminet, (Luc. X. 9. 11.) impendenda sine  
 „ fructu periret! Non quidem obliti sumus, Do-  
 „ mine! Te ante sesquiannum fere, promiscuæ  
 „ concioni populi in monte, de ratione precan-  
 „ di

„ di præcepta dedisse, & formulam conceptis  
 „ verbis expositam, quam sequantur, jam com-  
 „ mendasse. Sed quandoquidem Te ipsum aliis  
 „ atque aliis, multoque luculentioribus formulis  
 „ usum esse compertum habemus, atque etiam  
 „ Joannes B. Scholæ suæ hoc indulserat, ut ple-  
 „ niores ipsis Precum formulas traderet, quas  
 „ non haberent cum cæteris communes, sed  
 „ quibus ipsi pro vitæ ac muneris ratione seorsim  
 „ uterentur, & quibus sese tanquam novæ disci-  
 „ plinæ alumnos omnibus probarent: Quæsu-  
 „ mus Te, Domine! cujus docendi ac vivendi  
 „ ratio, & universa Scholæ disciplina a Joannis  
 „ B. institutis multum diversa est (Marc. II. 18.  
 „ 19.) ut nobis Discipulis Tuis, quorum opera  
 „ in promovendo Cælorum Regno uti cogitas,  
 „ novas quoque precandi formulas, quæ cum  
 „ disciplinæ Tuæ ratione ac nostra conditione  
 „ melius conveniant, tradere velis., (a)

Qq 5

§. VII.

---

(a) Ad hunc fere modum rem concepisse vi-  
 detur Venerabilis Eccl. Turic. Antistes WIRZIUS  
 in suis ad Lucam Meletem. p. 872. Weil Er sei-  
 nen Schülern eben das Gebett vorschreibet, wel-  
 ches Er auch schon vorher Matth. VI. zu ihnen  
 gesagt hatte; So muß folgen, a.) entweder, daß  
 dieser Jünger, dessen hier gedacht wird, die Berg-  
 Predigt nicht mit angehört habe. b.) Oder, daß  
 die Jünger insgesamt sich eingebildet, ein so kur-  
 zes Gebett seye nicht genugsam, sondern sie müs-  
 sen ein paar längere und grössere haben; Gleich-  
 wie sie auch ihren Herrn oft gesehen lang der Ge-  
 betts-Andacht obliegen. Si enim posterior illa ra-

§. VII.

Quod si vero ipsam S. Lucæ narrationem inspiciamus, atque diligentius expendamus notabiles illas circumstantias, quas non frustra commemorasse censendus est Scriptor facer, admodum probabile fit, Discipulum illum, non fuisse aliquem e promiscua Sectatorum turba, sed unum e numero XII. qui καὶ ἐξοχὴν hoc nomine insigniebantur. Primo S. Lucas aperte indicat, quæ fuerit huic Discipulo data occasio petendi a Domino aliquam precandi formam, qua ipse cum Sociis suis deinceps uteretur: Diserte enim S. Lucas c. XI. i. ait: Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν Μαθητῶν αὐτῷ πρὸς αὐτόν· Κύριε, δίδαξον. κ. λ. Legimus Christum Dominum, quoties precibus vacare voluit, remotis plerunque arbitris, secessum aliquem quæsisse. Matth. XIV. 23. Marc. VI. 46. Marc. I. 35. Καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον, κακεῖ προσήχεται. Luc. V. 16. Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ προσευχόμενος. Luc. VI. 12. Aliquando vero quosdam e XII. numero adhibuisse testes, Luc. IX. 18. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον καὶ αἰμόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταί. Et v. 28. Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσευξάσθαι.

---

tio valeat, nihil obstat dicere, Discipulum illum etiam Sermoni Domini in monte habito interfuisse. Quare autem Dominus non novam Discipulis, sed pridem traditam precandi formulam iterum inculcaverit, pluribus explicatum lege Mus. Helv. Partic. XVI. p. 600.

ξαδαί. Jam vero ille Discipulus, de quo memo-  
 rat Lucas c. XI. 1., Domino in secessu precibus in-  
 tento adfuisse tantum non diserte legitur, ὡς ἐ-  
 παύσατο προσευχόμενος (ὁ Ἰησοῦς) εἶπέ τις τῶν  
 μαθητῶν αὐτοῦ, & quidem argumento ex eo de-  
 sumto, quod ipsum Dominum egisse conspexerat.  
 Nusquam vero legimus Dominum precibus vaca-  
 turum, unquam e promiscua Sectatorum suorum  
 turba unum aut plures testes adhibuisse, neque cur  
 id primum hac occasione fecerit, ulla apparet ido-  
 nea ratio. Deinde memorat Lucas Discipuli illius  
 petitionem his verbis fuisse conceptam: Κύριε, δι-  
 δάξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐ-  
 δίδαξε τὸς μαθητὰς αὐτοῦ. Ut de appellatione  
 (Κύριε) nunc nihil dicam; homo iste, quisquis  
 fuerit, his verbis eandem sibi cum Joannis Disci-  
 pulis sortem exoptat. Atqui cum οἱ Μαθηταὶ Ἰω-  
 ἀννης in Historia sacra memorantur, nemo hacten-  
 us eam appellationem de promiscuis ejus audito-  
 ribus, sed de delectis & perpetuis comitibus, ac-  
 cipiendam esse ratus est. Conf. Luc. V. 33. Quin-  
 ergo ille Discipulus, qui hanc petitionem ad Do-  
 minum deferebat, inter Christi discipulos ejusdem  
 ordinis fuerit, vix ullum superesse potest dubium,  
 nisi velimus dicere Lucam ambigua voce diverso  
 sensu accepta ludere voluisse. Quod si vero su-  
 mas, Discipulum illum e promiscua auditorum  
 Domini turba aliquem fuisse: primo obscurum  
 prorsus esset, quamobrem petitionem suam non  
 suo tantum, sed etiam aliorum nomine plurativo  
 numero efferret. Deinde exemplum Joannis B.  
 quod allegat, & Domino ad imitandum proponit,  
 non

non aliam vim haberet, quam ut Domino exprobraret negligentiam, qua factum sit, ut circa præcipuum pietatis & religionis officium, longe deterior sit auditorum Domini, quam auditorum Joannis, conditio. Ut taceam illam loquendi formam τῆς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, vel quod idem est εἰς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ passim de XII. Christi Discipulorum ordine usurpari, uti videre est apud Joannem c. VI. 8. XII. 4. Neque etiam hæc vaga & indefinita acceptio vocis Μαθητῆς, cui adeo impense favet Cl. *Heumannus*, scrupulum illum de nova, post acceptam jam ante sesquiannum precandi formulam, petitionis iteratione penitus diluit. Quanquam enim sumas illum discipulum, qui ex μαθητῶν numero fuisse dicitur, fuisse aliquem ex promiscua turba eorum, qui Christum tanquam Doctorem eximium & magnæ auctoritatis cupide sectati fuerunt; unde quæso fidem faciet huic suo asserito Cl. *Heumannus*, eundem ante sesquiannum fere Sermoni illi a Domino in monte habito, in quo primum precandi formulam traderat, non interfuisse, aut si quidem non interfuerit, quod magis adhuc mirandum esset, de hac formula, cujus usum frequentissimæ populi concioni magnopere commendaverat Dominus, nihil ab aliis accepisse? Immo vero, quanquam forte unum aliquem, quæ in montana illa concione acta fuerint, fugere potuisse concedamus: ab omni tamen probabilitatis specie longissime abest, statuere promiscuam aliquam auditorum turbam, cujus nomine, ex Cl. *Heumanni* sententia, loquitur ille Discipulus, nihil vel fando accepisse de ejus Sermonis

monis argumento, de cuius virtute memorat S. Matthæus cap. VII. 28. 29. Καὶ ἐγένετο ὅτε συνέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς λόγους τούτους, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδασκῆ αὐτοῦ. Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτὰς, ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ ἔχων ὡς οἱ γραμματεῖς. Ingentem etiam hominum multitudinem undique ad hunc Sermonem confluisse, diserte memorat S. Matthæus c. IV. 25. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ Δεκαπόλεως καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τῆς Ἰορδάνης. (c. V. 1.) Ἰδὼν δὲ τὰς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος - - - ἐδίδασκεν αὐτοὺς. Adeoque quum non potuerit huic Discipulo, quanquam promiscuo auditorum grege eum fuisse concederes, esse ignota illa precandi formula, quam antea publice tradiderat Dominus, nondum sublata est illa difficultas, *qui factum fuerit, ut discipulo illi in mentem venerit, ut novam a Domino Precum formulam tam anxie flagitaret, quasi ante sesquiannum nulla fuerit tradita?* Denique ex Cl. Heumannii Sententia Dominum singulis deinceps ad eum accedentibus atque Precum aliquam formulam flagitantibus, eandem, quam jam antea publice commendaverat, & quam aliunde poterant cognoscere, ipsum conceptis verbis repetiisse & inculcasse, ab omni probabilitate alienum, atque etiam si forte id usu venerit, a S. Evangelistis, qui summatim omnia & per compendium persequuntur, in acta Domini fuisse relatam, sine exemplo est. Tantum abest ut infelix hæc opinatio ad reliquas in hoc argumento difficultates tollendas quicquam valere possit.

§. VIII.

Quod enim ad illam de omiffa a S. Luca in O. D. Clausula doxologica Quæstionem adtinet, perinde dubia illa est, quicquid de Discipuli illius dignitate & conditione statuas, qui petitione sua huic institutioni occasionem præbuit: Quisquis enim ille fuerit, perinde mirum & insolitum videbitur, quod Clausula hæc, qua Christus Dominus perfectissimam Precum Formulam, cum primum illam & ultro in montano Sermone traderet, concludi & obfignari voluerit, in ea, quam S. Lucas exhibet Formula, quamque privatim a Discipulorum aliquo rogatus dictasse Dominus memoratur, prorsus desideretur. Atque id ipsum tandem, cum hanc difficultatem in suis ad Lucam Observationibus silentio præterire non posset, agnovisse videtur, Celeberr. *Heumannus*. Quamquam ad conciliandum hoc *εὐαγγέλιον*, quod multorum ingenia exercuit, novam prorsus & hactenus omnibus inauditam rationem instituit, cum negat a S. Luca omiffam esse O. D. Clausulam: *Dasz Iht aber der Herr nur die an Gott zu thuende Bitten vorträget, den Matth. VI. 13. befindlichen Anhang aber vorbei läffet, darüber haben wir uns nicht zu verwundern. Er läffet ihn in der That nicht vorbei. Denn in demselben Anhange greiffet der Better dem himmlischen Vater an das Herz, und stellet Ihm die wichtigsten Ursachen vor, warum Er das Gebett erhören müsse. Iht zeigt der Herr ebener massen, wie ein Gläubiger Gott zwingen solle, daß Er ihn nicht unerhört lassen könne. Haltet an mit Betten, spricht Er v. 9., und wenn Er auf das erstemahl nicht hilfft, so bettet bestiger und brünstiger: erhöret Er euch*

euch noch nicht, so stürmet gleichsam den Himmel: so wird euch derselbe gewiß aufgethan werden, daß aus demselben zu euch herab kömmet, was ihr verlanget. Nollem hæc excidisse Viro cordato, videtur enim in re seria ludere velle, quum negat Clausulam a Luca vere prætermiffam esse: neque profecto ulli persuadere poterit, cui sanum est inciput, Clausulam ætiologicam a S. Luca prætermiffam, & cohortationem illam ad Precum studium v. 9. esse ἰσοδυναμῆσαι: ita ut ubi alterutrum ponatur, alterum prorsus foret abundans & superfluum: Hoc enim si valeret, nihil facilius esset, quam Clausulam O. D. apud Matthæum subjectam *νοθεύας* convincere & tanquam superfluam proscribere: Hæc enim ipsa Christi Domini excitatio ad assiduum Precum studium totidem fere verbis in montano Sermonem Matth. VII. 7. seqq. habetur, quæ apud Lucam Orationi D. proxime subjicitur, & quam Cl. *Heumannus* ipsam Clausulæ prætermiffæ vicem supplere contendit.

## §. IX.

Sed neque *δευτέρα φρονιδὲς σοφότεραι*; pergit enim Cl. *Heumannus* l. c. eandem inflare tibiam, eademque oberrare chorda, quum hunc in modum disputat: Ich hatte dieses vor guter Zeit geschrieben, als ich den letzten Theil des IV. Bandes des Musei Helvetici zu lesen bekam. In demselben hat der von mir wegen grosser Verdienste hochgeschätzte Herr Breitinger seine Meynung, als seyen die letzten Worte des B. U. in den Evangelisten Matthæum aus einer Liturgie eingeschoben worden: welcher Meynung Ungrund ich oben bey Matthæi Cap. VI. S. 83. (auch S. 741.) deutlich gezeigt;



get; dadurch zu bestärken gesucht, daß unser Evangelist Lucas die Worte: Denn dein ist das Reich / u. s. w. nicht mit vorgebracht, folglich der Herr dieselben Worte damahls nicht mit ausgesprochen hat. Ich bin versichert, daß, wenn nicht die Liebe zu seiner vorgefaßten Meynung ihn zu sehr eingenommen gehabt hätte, er die Schwäche dieser neuen Meditation bald würde erkannt haben. Es ist ja offenbar, daß bey Luca alle Bitten, die Matthäus vorbringt, stehen, und zwar in eben derselben Ordnung. Daß der Herr den Anhang, welchen Er den Bitten beygefüget hatte, izt nicht mit vorbringt, daraus läffet sich keinesweges schliessen, daß Er ihn auch zum erstenmale nicht vorgebracht habe. Es ist ein Anhang, mit welchem der Herr uns lehret, mit wasfür Vorstellung wir den himmlischen Vater bewegen sollen, unsere Bitten zu erhören. Wenn nun ein Better ohne diesen Anhang das V. U. bittet, so schicket er ja ein vollkommenes Gebett zu Gott ab. Daher könnte der Herr izt diesen Anhang aussenlassen, da Er ein vollkommenes Gebett vorschrieb. Er ließ ihn aber auch deswegen aussen, weil Er einen andern gleichgültigen Anhang beyfügete, indem Er sie V. 9. und 10. ermahnete, im Gebett nicht zu ermüden, sondern unaufhörlich um die Erhörung zu flehen und anzubalten. Bey diesem Anhalten mußte ja den Bettenden alles in die Gedanken kommen, was der bey Matthäo befindliche Anhang in sich begreiffet. Plurima hic occurrunt, quæ sine castigatione prætermittenda non sunt. Primo enim Cl. *Breitingero* eam falso tribuit Sententiam, quasi affirmasset, Clausulam O. D. apud Matthæum esse ὑποβολιμαίαν & ex Græcorum Liturgicis

turgicis Libris interpolatam: quod quam alienum sit a mente sua ipse ostendit peculiari *Epistola ad Clariss. Heumannum* Musei Helv. Part. XIX. inserta p. 443. Agnovisse autem Celeb. *Heumannum* hunc suum errorem didici ex ejus Litteris ad Cel. *Zimmermannum* nostrum d. 21. Aprilis 1751. datis, in quibus hæc leguntur: *Epistolam Viri diu a me facti maximi, BREITINGERI, non legi cum stomacho. Inimici, ut scribis, eum coegerunt calamum adversus me stringere. Hoc intuitu non respondebo ipsi, ne gratum faciam invidis ejus. Interim antequam hanc ejus vidi Epistolam, jam erant typis exscripta, quæ contra eum notavi in Commentariolo, quem nunc accipis, ad Lucam, & quidem Cap. XI. Cæterum, id quod æquum est, facient inimici, si posthac quiescant, cum optimus Vir NIHIL DEFINIAT, communemque Sententiam non rejiciat, sed tantum doceat, probabiliter posse disputari in utramque partem. Saluta, quæso, eum meis verbis, iisque officiosissimis. Sed errat præterea Cel. Heumannus & Cl. Breitingero nostro tantum non injuriam facit, quando confidenter perhibet, quasi *Disertatio critica de causis prætermissæ a S. Luca O. D. Clausulæ* Part. XVI. Mus. Helv. eo consilio fuerit scripta, ut Sententiæ, quam falso antea tribuerat Cl. Breitingero, ex Lucæ Silentio nova præsidia compararet. Qui primam & octavam hujus Disertationis Thesin vel obiter inspexerit, intelliget, quantopere a vero aberret, dum hæc ita esse non dubitanter affirmat Cel. Heumannus. Quodnam sibi fuerit in conscribenda hac Disertatione consilium Cl. Breitingerus in fronte clarissimis verbis exposuit, scil. disquirere, *utra ex duabus oppositis de Clausulæ O. D. apud S. Matthæum auctoritate opinionibus Quæstioni de Luca**

*Silentio plenius satisfaciat; & vicissim utra harum opinionum ex ipso hoc Lucae Silentio majorem probabilitatis fidem acquirat.* Ad hæc cum Cl. Breitingerum nimio hypotheseos amore, ejusque propugnandæ studio abreptum ad conscribendam hanc Dissertationem accessisse eamque minus firmam esse pronunciat Cel. Heumannus, in eo nonnihil & humanitatis & æquitatis limites excedere videtur: Publice enim professus est Cl. Breitingerus, se uno veritatis cognoscendæ studio hoc argumentum fuisse aggressum, seque ei Sententiæ, quam hætenus potioribus rationibus niti persuasum habeat, minus favere ex animo: atque si meræ voluntatis res foret animi persuasio, se rationes pro recepta & vulgari Opinione ut in dubium vocaret in animum nunquam fuisse inducturum. Velim etiam ut Cel. Heumannus periculum prius fecisset in expendenda hac Cl. Breitingeri Dissertatione, quam de ejus momento quicquam statuisset: Quæcunque enim hætenus in suis ad Matthæum & Lucam Observationibus in contrariam Sententiam protulit, adeo nullius ponderis sunt, ut in illis Heumanni ingenium & doctrinam merito desideres: neque temere quis in eam cogitationem incidere posset, has Cl. Breitingeri Dissertationes ab eo nunquam fuisse lectas, cum ne quidem earum consilium mentemque fuerit assecutus; eum adeoque temere de re non satis percepta iudicium interposuisse. Cæterum quæ de ipsa Quæstione disputat Heumannus jugulum causæ non attingunt, & adeo proletaria sunt, ut vix responsione digna esse videantur. Nemo extitit, quod sciam, qui ex eo quod apud Lucam in O. D. Formula  $\Delta\sigma\text{-}\xi\sigma\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$  prætermissa sit, voluerit inferre, ergo & apud Matthæum illam non esse a Domino profectam.

Etiam. Quæ deinde de perfectione hujus precandi Formulæ, uti apud Lucam, omiffa Clausula doxologica, exhibetur, disferit, tantum abest ut cauffam ejus aliquid juvare possint, ut potius Clausulam, qualis apud Matthæum extat, suspectam reddant. Denique quæ de complemento prætermiffæ apud S. Lucam Clausulæ adjicit, ita comparata sunt, ut seria aliqua confutatione non indigeant. Primo enim, si Oratio Dominica, quamvis omiffa Clausula, omnibus numeris absoluta & perfecta est, quid complemento opus fuit? Deinde absonum prorsus est, cohortationem ad constantiam in precibus cum Ætiologia doxologica, quasi idem prorsus valerent, permutare velle. Sed

BONUS ALIQUANDO DORMITAT H\*\*\*.

